Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift

qua porrigatur non fiunt. Dimitte & dimittetur tibi. cordis
hoc opus est. nullum ut carnis suę membrum in adiutorium
animę assumitur: ut hoc impleat quod rogatur: uoluntas
agitur: uoluntate perficit. Fac securus nihil in corpore
dolebis. nihil in domo minus habebis. Iam ut fratris uideat quid
malum sit ut penitentiam fratri non ignoscat. cui pdicatum est ut
inimicum adhuc diligat. Quę cum ita sint & cum scriptu
sit sol non occidat super iracundia uestra. considerate fratres utrum
xpianus sit dicendus. qui bis diebus inimicias non iuste
finit quas nunquam debuit exercere. in secla seclorum AMEN.

In letania maiore. S. beati aug. epi

AUDIUIMUS EUANGE
LISTA DICENTEM FRATRIBUS SUIS. NOLITE IUDICARE.
ut non iudicemini. Quid de hoc fratres. cum ipse
dns in loco alio euangelii dixerit. nolite secundum
faciem iudicare & alibi dicat. iuste iudicate iudicium.
Non sibi diuina lectio contraria esse potest. si intellectum
sobrium querit. In conuersatione humana diuini fratres.
sunt aliqua quę rationabiliter reprehendunt. sunt uero
quedam quę non sine peccato animę [illegible] iudicant. Apta
enim mala & iudicari & argui [illegible] debent. illa ut
quę ignoramus utrum bono an malo animo fiant. scire non
possumus. iudicare penitus non debemus. Verbi gratia. Si des
frequenter ieunantem. congaude & noli nimis laudare.
quia potest hoc & p humana gratia fieri. si & noli uituperare.
quia potest & p dono & p animę remedio ieunare. Si
disti alium in dicto publico iaunio uelle prandere.
cum dilectione admone. Si dixerit p stomachi lassitudine se ieunare non posse. crede & noli iudicare. quia